

1125, SETEMBRO, 2 — *D. Teresa faz doação e coutamento do mosteiro de Ázere (c. Arcos-de-Val-de-Vez) à Sé de Tui, além de outras liberalidades.*

A D B. — Col. Cron. (Cart. da Mitra), n.º 7, cop. sec. XII [A]; Sé de Tui, «Libro tercero de Privilegios», perg. 1, cop. sec. XIV [B] (\*)

In nomine Sancte et Individue Trinitatis Patris et Filij et Spiritus Sancti amen. Ego Tarasia regina Adefonsi<sup>1</sup> imperatoris<sup>2</sup> filia do et concedo ecclesie Sancte Marie Tudensis sedis<sup>3</sup> et domno Adefonso<sup>4</sup> episcopo de ipsa sede monasterium quoddam quod est in Valle de Vez nomine Azar ob remedium anime mee et remissionem peccatorum meorum. Do autem illud cum ipsa ecclesia sanctorum Cosme et Damiani et cum suo cauto integre per totos terminos et diuisiones suas cum ecclesijs et totis hereditatibus suis quas intra uel extra terminos<sup>5</sup> habet uel habere potuerit, habeatis uos episcopus dominus Adefonsus<sup>6</sup> et ecclesia Tudensis firmiter et successores uestri<sup>7</sup> liberum de toto castellatico et de tota uoce regia per infinita secula seculorum<sup>8</sup>, ita ut ab isto die de meo iure et de regio iure successorum meorum sit ablatum et in dominio Sancte Marie Tudensis sedis sit traditum atque confirmatum. Si quis tamen quod fieri minime credo tam de meis propinquis quam de extraneis contra hoc factum nostrum aduersitatis eidem monasterio aut cauto<sup>9</sup> aliquid intulerit aut illud ab ecclesia Sancte Marie Tudensis alienare uoluerit siue alienauerit persoluat episcopo Tudensis ecclesie VI mille solidos et insuper quicquid de monasterio uel de cauto abstulerit in quadruplum a regio iure eidem monasterio persoluere cogatur integrato prius monasterio uel cauto. Hoc autem feci ego regina Tarasia ut episcopus qui in Tude[nsi se]de fuerit per singulos annos in eodem monasterio pro remedio anime mee ordinationem clericorum faciat si non fuerit nimium prepeditus aut crismationem hominum et mulierum et eisdem clericis qui ibidem fuerint ordinati pro anima mea missas celebrare precipiat et illis qui ibidem crissmati<sup>10</sup> fuerint pro me orare iubeat et prefatum monasterium honorifice<sup>11</sup> possideat. Do eciam et concedo ecclesie Sancte Marie Tudensis sedis et uobis episcopo domno Adefonso<sup>12</sup> ecclesiam Sancti Micahelis de Aurega in ripa Limie ut semper ibi per singulos annos (\*) si potueritis semel in anno missam pro anima mea celebretis et possideatis ipsam ecclesiam semper cum omnibus pertinenciis suis. Do eciam uobis et cum<sup>13</sup> successoribus uestris<sup>14</sup> quinque casalia in Truite cum tota uoce regia ut habeatis inde semper uos<sup>15</sup> et successores uestri proprij corporis indumenta et semper post mensam<sup>16</sup> et in missis uestris ad Deum faciatis memoriam anime mee. Si quis tamen quod fieri minime credo tam de meis propinquis quam extraneis contra hoc factum nostrum uenire te[n]tauerit a liminibus Sancte Ecclesie sit segregatus et cum Iuda proditore perpetim dampnatus et episcopo Tu-

(\*) Vid. Ap. nota XIX.

(\*) Corrigido de anno.

densi VI mille solidos persoluat et hoc nostrum factum semper firmum maneat. Facta karta uel testamentum donationis sub Era M.<sup>a</sup> C.<sup>a</sup> LX.<sup>a</sup> III.<sup>a</sup> IIII.<sup>10</sup> Nonas Septembris<sup>17</sup>. Ego prephata<sup>18</sup> regina Tarasia hanc donationis karta uel testamentum propria manu r + + oborau.

Ego Pelagius Bracarensis archiepiscopus conf., ego infans Adefonsus<sup>19</sup> ipsius regine filius conf., ego comes Fernandus conf., **ego comes Gomez conf.**, ego Fernandus Iohannes conf.<sup>20</sup>, ego (<sup>21</sup>)

Qui presentes fuerunt et uiderunt et audierunt: Petrus ts., Pelagius ts., Martinus ts. Menendus proprie aule notator depinsi.

(Sinal) TARASIA REGINA CONFIRMAVIT.

Ego Adefonsus Tudensis episcopus una cum capitulo eiusdem et clericis meis uobis egregie regine domne Tarasie pro me et pro cunctis successoribus meis promitto omnia supra scripta perpetuo firmiter obseruare sicut domne ac regine.

VARIANTES EM [B]:

<sup>1</sup>Adeffonsi <sup>2</sup>imperatoris <sup>3</sup>Tudensi <sup>4</sup>Adeffonso <sup>5</sup>terminos suos <sup>6</sup>Adeffonsus  
<sup>7</sup>uestri tam monasterium quam cautum cum totis pertinentijs suis <sup>8</sup>seculorum secula <sup>9</sup>falta <sup>15</sup>  
<sup>10</sup>crismati <sup>11</sup>honorifice <sup>12</sup>Adeffonso <sup>13</sup>cunctis <sup>14</sup>uestris episcopis <sup>15</sup>uos episcopus  
<sup>16</sup>mensam uestram <sup>17</sup>Octobris <sup>18</sup>prefata <sup>19</sup>Adeffonsus <sup>20</sup>falta éste confirmante.

## 71

1125, SETEMBRO, 4 — D. Teresa faz doação à Sé de Tui de várias igrejas situadas entre os rios Minho e Lima, e outorga-lhe importantes privilégios.

ADB. — Col. Cron. (Cart. da Mitra) n.º 8, cop. sec. XII (\*)

In nomine Sancte et Individue Trinitatis Patris et Filij et Spiritus Sancti amen. Ego Tarasia regina Adefonsi imperatoris filia testamentum regis Teodemiri ecclesie Tudensi quondam factum de ecclesijs et hereditatibus Deo fauente concedo et confirmo et ecclesias infra scriptas que in ipsius donatione continentur ecclesie Sancte Marie Tudensis sedis et domno Adefonso episcopo de ipsa sede cum totis suis pertinencijs perpetuo habendas concedo ob remedium anime mee et remissionem peccatorum meorum quarum nomina hec sunt. In primis ecclesia Sancte Marine de Arcozelo integra cum omnibus pertinencijs suis in ripa Limie, ecclesia Sancti Christofori integra in Labrugia cum suo cauto et cum omnibus pertinencijs suis, 25

(\*) sic.

(\*) Vid. Ap. nota XIX.